



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 4. Vtrum Polygamia qua plures vxores succeßiuè habentur, sit
permissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Expenditur locus Genesis, Crescite, &c.

Confirmatur Primò: Nam his verbis nõ aper- te significatur præceptum (non enim est in pote- state hominum crescere, præsertim plurimũ & sæ- cundè multiplicari, & replere terram; sed est effectus, qui singulari Dei beneficio ex opere matrimonij sequitur:) aptissimè autem significatur conferri beneficium sæcunditatis, per quod fit, vt multipli- centur, terranque replent. Confirmatur Secundò: Nam paulò antè simili modo versu 22. piscibus & auibus dixit, Crescite & multiplicamini; vbi non potest significari præceptum, sed solùm benedictio. Confirmatur Tertio: Sicut dixit primis homini- bus, Crescite & multiplicamini; ita continenter ad- dens; dixit, Subijcite terram, & dominamini piscibus maris, & volatilibus celi, & vniuersis animãtibus terra: quibus verbis certum est, non dari vllum manda- tum, sed solùm tradi dominium terræ & animan- tium, seu ins ea vindicãdi & possidendi: ergo &c. Confirmatur Quarto: Ex verbo Benedictionis: Mas- culum, inquit, & feminam creauit eos, benedixitque eis dicens; Crescite & multiplicamini; quo modo loquen- di apertè Scriptura indicat esse solùm benedictio- nem. Denique nihil opus erat præcepto positio: nam satis intelligebant homines se iure naturali obligari, donec mundus inciperet compleri.

10 Obiectio ex Cypria- no & Hieronymo.

Dices Primò: Cyprianus lib. de Disciplina & ha- bitu Virginum, versus finem, ait; Prima sententia cres- cere & generare præcepit. Secunda continentiam suãst. Hieronymus contra Heluidium pag. 4. post prin- cipium: Quamdiu lex illa permansit, Crescite & multi- plicamini; & Maledicta sterilis qua non parit semen in Israël, omnes nubebant & nubebantur: ergo erat præ- ceptum.

Solutio.

Respondeo: Illos Patres fortassis sic loqui, quòd illis verbis insinuata sit naturalis obligatio: hoc ipso enim quo dabatur sæcunditas, insinuabatur eos debere illa vti in illis initijs. Illa autè verba, Maledicta sterilis &c. nõ habentur in Scriptura: sed solùm dicitur Exodi 23. Non erit infecunda, nec sterilis in terra tua: vbi significatur benedictio, non præceptum; vt patet ex adiunctis.

11 Quid, si mundus exhaurire- tur?

Dices Secundò: Ergo saltem, si mundus aliqua calamitate exhauriretur, Matrimonium esset præ- ceptum.

Respondeo: Nõ est improbable tunc fore præ- ceptũ: sicut si alicuius nuptiæ essent necessariae ad Republicæ pacem, is teneretur contrahere: ergo multò magis si esset necessariae ad generis humani incolumitatem. Ita sentit maior pars Doctorum. Fortasse tamen verius est, non fore in præcepto, præsertim hoc tempore legis Euangelicæ: nõ Do- minus absolute consuluit calibratũ, neque vllum casum excepit. Incolumitas autè humani generis non pertinet ad singulos homines, sed ad prou- identiam diuinam. Vnde credendum potius esset, si talis casus. incideret, Deum velle mundo finem imponere.

DVBIVM IV.

Vtrum Polygamia, qua plures uxores successiue habentur, sit permessa?

12 Triplex est Polyga- mia.

Notandum est: Polygamiam esse triplicem. Prima est, qua vir vnus habet plures uxores successiue, vel vna mulier plures viros successiue. Secunda, qua vnus vir habet plures uxores simul viuas. Tertia, qua vna mulier habet plures viros simul. Hic loquimur de prima. Montanistæ olim damnabant secundas nuptias instar fornicationis,

vt docet August. lib. de Hæresibus, ad Quod-vult-Dei, heresi 26. quem errorem defendit Tertullianus lib. de Monogamia. Idem tenebant Nouatiani, vt patet ex Concilio Nicæno can. 8.

Respondeo: Fide tenendũ est hanc Polygamia esse permissam; sic vt licitè post mortè prioris con- iugis, vel prioris matrimonij solutionem quoad vinculum, possit aliud coniugium iniri.

Polygamia licita est qua vir vnus plu- res habet uxores suc- cessiue.

Probatur Primò: Ex Scriptura 1. ad Cor. 7. v. 39. Si dormierit vir eius, liberata est; cui vult nubat: tantum in Domino. Non dicit Apollolus vir primus, aut secũdus, aut tertius, sed vir eius, vt significet sem- per concessum nubere mortuo priore; vt optimè notauit D. August. lib. de Bono viduitatis c. 12. De- inde 1. ad Timoth. 5. hortatur Apollolus Viduas iuniores vt nubant, ob incontinentiæ periculum.

Probatur Secundò: Ex Concilijs. In Conc. Ni- cæno can. 8. Nouatianis ad Ecclesiam redire vo- lentibus præscribitur, vt profiteantur se cõmunicaturos cum ijs, qui secundas nuptias contraxerunt. Con- cilium Florentinum in instrutione Armenorum, Declaramus, inquit, nõ solùm secundas nuptias, sed etiã tertias, & quartas, & vteriores licitè contrahi posse.

Prob. Tertio: Ex Patribus, de quibus dubitari non potest, præter Hieronymũ qui secundas nuptijs videtur fuisse iniquior. hic epist. 11. quæ est ad A- geruchiam: Quid ergo damnatus secũda matrimonio? minime: sed prima laudamus. Et Apologia pro li- bris contra Iouinianum. Non damnatus, inquit, bigamos & trigamos, nec, si dici potest, octigamos. Vide etiam D. Augustinum lib. de Bono viduitatis. Et Ambrosius lib. de Viduis.

13 Obiectio ex Concil.

Dices Primò: Conc. Neocæsariense celebratũ tempore Siluestri I. can. 7. vetat ne Clerici intersint conuiuiõ secundarum nuptiarũ, quia præcipitur secundis nuptijs tribuere penitentiam. Et Conc. Laodicenum sub eodè Siluestro can. 1. dicit, Ijs qui cerebrũ uxores ducũt, vel sapiũs nubũt, constitutũ esse tẽpus penitentia.

Solutio.

Respondeo: Illa Concilia iuxta rigorem anti- quam censuisse aliquã penitentia bigamis iniungendã, priusquam ad communionem admitterentur, eò quòd secunda nuptia viderentur esse signum incon- tinentiæ, nec præberent tale exemplum quale decebat Christianos; non tamè iudicabant ipsas esse peccatum: vt colligitur ex can. 1. Concilij La- didiceni, vbi ha nuptia vocantur legitima.

Dices Secundò: Cur ergo non benedicuntur? Respondeo: Quia primè sunt benedictæ. Benedictio autem semel data alicui personæ non debet repeti, quia nõ perit; vt ait Vrbanus III. Cap. Capellanus, & Cap. Vir autem, de Secundis nuptijs. De quo vide Nauar. c. 32. n. 83.

Cur secun- da nuptia non benedicantur.

DVBIVM V.

Vtrum Polygamia pluriũ virorum, sit permessa?

Respondeo: Polygamia, qua vna mulier ha- beat simul plures viros, est contra ius naturæ primarium, vnde nunquã fuit permissa. Est certa, & communis omnium. Vide D. August. lib. de Bono coniugali c. 17. vbi dicit nullum extare huius coniugij exemplum.

14 Polygamia pluriũ vir- torum est contra ius naturæ, nec vnuquã permilla.

Probatur Primò: Quia tale coniugium pugnat cũ primario & principali fine Matrimonij, qui est susceptio & educatio prolis. Si enim mulier plures habeat viros, nulla proles suscipi potest, vt experi- entia docet in meretricibus: neque etiam edu- cari potest, quia parentes non agnoscent suas pro- les, ac proinde eas negligent.

Probatur